bant, & intrantes singulos ad sua loca deducebant: A catechumenos videlicet ac poenitentes, & energumenos ad Nartheceem seu Catechumenium: fideles vero in chorum seu basilicam. Vide Canonem 22. Concilii Laodicensis, & quæ ad illum notantur Zonaras & Balsamo.

Ἡ ῥηδὶματὶς τοῦ ἀποστόλου. Hanc vocem latine exprimere difficile est. Musculus quidem *propugnacula* vertit. Christophorus *repagula*. neutrum probo. Ego *obices* interpretatus sum.

Ἡ ῥηδὶματὶς ἐκ τῆς ἀνω. Delenda est vox ἀποστόλου, quæ sensum turbat, & ex superiore linea perperam huc irrepsit. Quod miror ab Interpretibus animadversum non fuisse.

ὁ μὲν πῶς πύξιν τῆς διανοίας τῶν πιστῶν. Intelligit eos qui à veteribus Christianis Competentes vocabantur. Hi erant quasi quidam sacri baptismatis candidati. Tres igitur Catechumenorum ordines hic distinguit Eusebius. Primi erant, qui Symbolum duntaxat, id est, Christianæ fidei rudimenta percipiebant; quos quidem exteriori Ecclesiarum ambitui comparat. Secundi sunt quibus quatuor Evangeliorum brevis expositio tradebatur: eosque Eusebius comparat columnis, quæ circa atrium quadrangulari forma dispositæ sunt. Tertiis sunt competentes, qui proxime ad fideles accedunt. Si quis tamen per primos illos qui ambitui Ecclesiarum comparantur, laicorum promiscuam multitudinem intelligere malit: secundos vero qui columnis comparantur atrii, de illis accipiat, qui inter laicos ceteris eruditiores sunt, equidem non magnopere repugnabo.

τῶν δὲ ἀπὸ τοῦ φῶς. Scripti codices uno consensu habent τῶν δὲ φῶς. Ego vero non dubito quin scribendum sit: τῶν δὲ τοῖς φῶς ἀνθρώποις κατὰ τὴν ἀρετήν. Præcessit enim τὰς μὲν κίσεις, &c. Porro ἀνθρώποις hoc loco, tam de portis quam de fenestris dici videntur.

τὰς δὲ τῶν φῶς. Ad hæc verba in margine codicis Maz. hoc scholion adscriptum est: ἀνθρώποις τί σοι τῶν μακρῶν τῶν καὶ πανηγυρικῶν λόγων ἐστὶν; ἢ τί κίσεις σοι; πάντες τὴν δὲ φιλοπονηματὶς καὶ σωτηρίας καὶ ἐξ ἐμῶν ὡς ἐκ τῶν ἡν τῶν πατρῶν, οὐτὲ μὲν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον σωεὶς ἀντὶ τῶν πατρῶν, οὐτὲ μὲν τὸν λόγον τῶν πατρῶν τὰ φῶς χαρίζομενοι, τῶν δὲ ἡν καὶ τῶν ἀγίων πνεύματι τὰς δὲ τῶν φῶς αὐτὰς παρέχομενοι. καλὰ δὲ εἰπεῖν ὅτι μὴ φύσις, δυνάμις καὶ ἐξ ἡμῶν, καὶ ἐκ τῆς λαμπρότητος, ἐκ τῆς τοῦ πνεύματος οὐ μὲν μετὰ τῶν σῶν δογμάτων καὶ ποιεμάτων ἐν γυνίκα πᾶσι καὶ ἀποστόλοις καὶ ἀποστόλοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἀποστόλοις καὶ ἀποστόλοις, ὅτι οὐτὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, ὁ τοῦτον δογματίζεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ λαμβάνει λαμβάνει ἀναγνώσκειται, καὶ φαίνεται ἡλικὸν φαεινότερον, καὶ πᾶσι οἰκουμενικῶν τῶν κλήρι καὶ τοῖς λόγοις ἀπομνημονεύει, ὅτι μὴ γινώσκουσιν θεολογίας, καὶ οἱ μὲν ἐκείνην δογματίζονται καὶ διδάσκαλοι, ταῦτα οὐταῦτα ἡρώδης δὲ ἐν ἀνδρῶν, ἵνα οἱ ἀναγινώσκοντες οὐ μὴ συνιπτάζωνται, ἀλλὰ γινώσκοντες οὐ, καταφρονέσι καὶ σε καὶ τῶν οὐ λόγων καὶ τῶν δογμάτων. In codice Mediceo brevius adscriptum est scholion his verbis: καὶ τὸ δὲ βλάσφημον.

τὰ δὲ ἐν τῷ φῶς. Hunc locum ex codice Mediceo, Fuketiano & Mazarino pristinae sanitati restitui in hunc modum: λαμπρόν καὶ φῶς ἐμπλήν τὰς ἡρώδης καὶ τὰς ἐκείνης, &c. Id est: *basileam constr-*

splendidam ac luminis plenam, tam citius quam extra.

ὅτι μὴ μόνον φῶς καὶ διανοία. Milis scriberetur φῶς καὶ διανοία. Est autem hic loca vestris de castitate & continentia Clericorum, qui tamen hæcenus in obscuro latuit ob pravam interpretationem. Sic enim vertit Musculus, *castitas* versionem secutus est Christophorus: *castitas* autem & exteriora, quoniam non anima tantum mente, sed & corpore constant, castitatem ac temperantiam floridissimo ornatu illustravit. Quæ tamen interpretatio ferri non potest. Causam autem erroris ipsis præbuit prava interpunctio, quæ in editione Rob. Stephani & in Regio codice habetur. Nam post vocem αὐτῶν adscripta est virgula. Verum codex Med. & Maz. merito eam virgulam non agnoscunt.

ὅτι τῶν μετ' αὐτὸν διωκτικῶν. Presbyterum intelligit, qui secundum Sacerdotii gradum obtinent. Et Episcopum quidem ac presbyterum thronis Ecclesiæ comparat: subsellus vero & conon.

τὸν δὲ ὑπερβαίνειον χρόνον. Scribe τὸν δὲ ὑπερβαίνειον, &c. proflus necessaria emendatione. Possunt enim Eusebius de duplici Ecclesiæ fabrica locutus est, materiali scilicet ac spiritali; hæcque sibi invicem comparavit, transit tandem ad ultimum illam Hierusalem, quippe quæ idea ac primitivum exemplar est degentis in terris Ecclesiæ. At Musculus, cujus versionem more suo secutus est Christophorus, & ipse in hujus loci versione nihil omnino vidit, & totam venustatem sententiarum obscuravit.

ὅτι τῶν μετ' αὐτὸν διωκτικῶν. Scribendum est proculdubio vel ἡρώδης. Male Musculus, quem Christophorus secutus est.

τὰς δὲ τῶν φῶς. Scripti codices uno consensu habent τὸν τῶν φῶς ἡμῶν ἀγαθῶν ἀποστόλων, & ad omnes codices Med. annotatur ἐκ τῆς αὐτῆς ἡρώδης ἐστὶν, &c. neque asserat consilium esse.

ἐμπλήν τῶν φῶς. In vetustissimo codice Maz. scribitur ἐμπλήν τῶν φῶς rectius. Eundem errorem jam notare memini.

In Caput P.

προστίθειται σαφῶς. In codice Fuketiano & Mazarino scribitur ἀσφαῖς. Ultra autem prior dilectio, difficile est dicere. Nam cum prior lex Constantini pro Christianis, cujus hic mentio fit, hodie desideretur, obscurum est quid hic sibi velit Constantinus, cum ait in ea lege iactas fuisse multas ac diversas αἰρέσεις; eaque causa multos à legis Christianæ professione territos. Christophorus quidem ἀσφαῖς interpretationem interpretatus est dubias & controversas sententias: quasi ea lex non perspicuum, sed obcurum & ambiguum sensum habuerit. Atque tamen rogius ad annum Christi 313. hæc Christophorus verba intellexit. Langus vero & Mazarinus αἰρέσεις opiniones & hæreses exposuerunt, & toto certe rectius. αἰρέσεις enim pro sententiis & doctrinis sumi non possunt, sed opinionem significat & sectam. Cum igitur imp. Constantinus in illa priori lege, cunctis colendis prout

lent numinis liberam facultatem concessisset, illud etiam adiecerat, non Christianis solum, sed etiam reliquis ejuslibet sectæ hominibus, id est, Judæis & Samaritanis, Marcionistis quoque & Montanistis, Novatianis, Sabellianis, omnibus denique omnium religionum sectis idem esse concessum. Quo quidem facto, religioni Christianæ non levis fieri videbatur injuria; quippe quæ cum hæreticis & schismaticis & cum Judæorum perfidia quasi ex æquo componeretur. Quare admonitus postea à Catholicis Constantinus, hac posteriore lege id emendavit; sectarum omnium mentione penitus sublata, hoc est, quod infra dicit his verbis: *ἵνα ἀφαιρηθῶσιν παντὶ τῶν αἱρέσεων αἱ τινες τοῖς ἀποστόλοις ἡμῶν χάριμασιν ἐνεργήσῃ.*

Θεῖος δὲ ἡ ἀνὰ κράτος ἐκδοχὴ. Apud Nicephorum legitur *θεῖος τὰς ἐκδοχὰς*, quod non probo. Sed nec vulgata lectio sana est.

αὐτοῖς δὲ ἡμῶν ἀφαιρηθῶσιν. Post hæc verba in codice Maz. Fuk. ac Savil. & apud. Nicephorum sequuntur hæc voces: *Θεοῦ δὲ ἐκδοχὰς ἐστὶν, ἡ ἐτέρως ἀφαιρηθῶσιν, &c.* optime; nisi quod pro *ἀφαιρηθῶσιν* scribendum est procul dubio *ἀφαιρηθῶσιν*, ut ex versione nostra apparet. Est autem hæc secunda Constantini constitutio data ad Præfectum Prætorii eum ipsum, ad quem data fuerat prima lex pro Christianis. Ac prima quidem lex data fuerat Romæ, Constantino II. & Licinio II. Coss. statimque in Orientem missa ad Maximinum, ut habetur in libro 9. cap. 9. Hæc autem secunda data est Mediolani, anno sequente.

τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς μέρουσιν ἡ πόλις ἔρημος. De locis publicis & cæmeteriis Christianorum exstat lex Gallieni apud Eusebium in libro 7. cap. 13. qua hujusmodi loca Christianis restitui jubentur. In prima igitur Constitutione, quam victo Maxentio Constantinus & Licinius pro Christianis ediderunt, & ejus exemplar ad Maximinum Imp. in Orientem miserunt, hoc solum decreverant, ut loca omnia in quæ Christiani convenire consueverant, Christianis olim adempta, iisdem restituerentur. Sed de pretii restitutione nihil nominatim præscriperant, certe nec in lege Maximini Imp. quæ Constantini & Licinii legem proxime subsecuta est, de repetitione pretii quicquam cavetur, ut videre est in lib. 9. cap. 9. Itaque necesse habuit Constantinum, de eare distinctius statuere; ut Christiani loca sibi adempta, & à fisco vendita vel donata, absque ulla pretii restitutione recuperarent.

τῆς τιμῆς ὑπὲρ τῆς θέσης. Sic vocat adjectiones quæ fiunt in auctionibus vel licitationibus. Eas adjectiones vernacula lingua vocamus *Encheres*. Latini autem adjectiones appellant ut dixi.

ἀποκαταστήσωσιν ἐπὶ τῶν. Scribendum videtur *ἐπὶ τῶν* *ἐπὶ δὲ τοῖς ἡγεμονοῦσιν, &c.* Atque ita plane à Constantino scriptum esse existimo. Quod si non verba, sensum certe assecuti sumus.

Ἐπὶ τῶν ἐν τῇ πόλει ἀποκαταστήσωσιν. Id est, post legem illam Romæ datam Constantino II. & Licinio II. Coss. ejus supra mentionem fecit Constantinus. Et hæc quidem fuit prima lex Imp. Constantini pro Christianis. Sed cum in ea lege Constantinus erga Christianos nimis se propensum declarasset, solamque eorum religionem extollens, reliquas omnes sectas ac cæremonias damnare visus fuisset,

coactus fuit hac secunda lege mentem suam ac sententiam explicare, ne Gentiles prohibitum aut improbatum ab ipso Deorum cultum quærentur. Omnibus igitur liberam colendi numinis facultatem à se concessam esse profitetur Constantinus: ita ut unusquisque pro arbitrio quæcunque velit sectam ac religionem sequatur. Hæc ergo secunda lex nihil aliud est, quam explicatio primæ legis. Quippe in i. illa lege quædam verba erant, quibus & Gentiles, & Christianorum nonnulli, id scilicet qui à Catholica fide desciverant, Novatiani, Montanistæ & reliqui, non mediocriter offendeantur, cum se hæreticos in ea appellatos viderent. Sed & Christiani seu Catholici, ægre ferebant sibi hæreticos adungi & quasi copulari in eadem Constitutione. Quamobrem Constantinus, ut erga omnes se benignum ostenderet, ea verba penitus suppressa voluit. Id enim sibi volunt hæc voces: *ἵνα ἀφαιρηθῶσιν παντὶ τῶν αἱρέσεων, αἱ τινες τοῖς ἀποστόλοις ἡμῶν χάριμασιν, &c.* hic est sensus hujus Constitutionis, quem non sine magno labore explicati sumus.

βελῶς δὲ γέγραπται. Apud Nicephorum legitur *δὲ γέγραπται*. In codice autem Fuk. & Saviliano scriptum est *δὲ γέγραπται*.

ἡ κατὰ χρεὼν ὑπὸ πολιτῶν. In codice Mediceo & Maz. & apud Nicephorum legitur *ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἢ ὑπὸ τινων ἄλλων.* Ego verò scribendum existimo *ἢ ὑπὸ πολιτευτῶν.* Sunt autem *πολιτευτῶν* Decuriones, ut dudum notavi ad Amm. Marcellinum. Hi ergo Decuriones persecutionis tempore loca & prædia ad Catholicam Ecclesiam pertinentia, tanquam vacantia occupaverant.

Μιλτιάδης δὲ ὁ παλαιὸς ἐπὶ τῶν ἐν τῇ πόλει. Quisnam sit hic Marcus quem cum Miltiade Romanæ urbis Episcopo jungit Constantinus, inter Doctos ambigitur. Et Baronius quidem ad annum Christi 313. cap. 23. mendosum esse existimat Eusebii textum, & pro verbis *ἐπὶ τῶν ἐν τῇ πόλει* scribendum esse *ἐπὶ τῶν ἐν τῇ πόλει*. Verum hæc emendatio, quod pace summi viri dictum sit, ferri non potest. Cum enim Miltiades vocatus sit Episcopus urbis Romæ, superfluum est addere *ἐπὶ τῶν ἐν τῇ πόλει*. Adde quod ea vox insolens est & affectata, cum tamen titulus ac dignitas ejusque, ulitato vocabulo exprimitur. Rejcta igitur Baronii conjectura, quæ non nisi à viris Græcis sermonis ignaris probari potest, existimo Marcum hic esse presbyterum Ecclesiæ Romanæ, quem una cum Miltiade interesse huic Synodo voluit Constantinus. Hic est, ut opinor, Marcus, qui post Silvestrum Papam, Episcopatum urbis Romæ gessit. Porro hæc Epistola Constantini ad Miltiadem Rom. Episcopum extabat in collatione 3. Carthaginensi, cap. 319. Verum postrema pars hujus tertiæ collationis, quæ, meo judicio erat omnium utilissima, tota periit.

τῶν τοι χαρτῶν. Duo scilicet libelli, crimina Cæcilianii Carthaginensis Episcopi continentes, quos subscriptos Anulino Proconsuli tradidit pars Majorini die 17. Calendis Maij Carthagine, Constantino Augusto III. & Licinio III. Coss. ut refert Augustinus in Epist. 68. Hos libellos *χαρτὰς* vocat Constantinus, eo quod plures chartas continerent, & acta quàmplurima ad probationem criminum Cæcilianii. At Christophorus *χαρτὰς Epistolæ* bb ij

vertit. male, ut opinor. Nam una duntaxat Epistola ab Anulino ea de remissa est ad Constantinum; quam Epistolam refert Augustinus in dicto loco. Chartæ verò plures ab Anulino missæ sunt, ut hic diserte testatur Constantinus. Eosdem libellos infra designat Constantinus his verbis: τὰ ἀντι-
τυπα τὰ ἱεροφάντων τῶν μετὰ τὸν Ἀνυλίνου δότος ἀνι-
των, &c. ubi Christophorus iterum Epistolam vertit pessime. In capitulo 306. collationis tertie cum Donatistis, chartæ dicuntur. Sic enim ibi legitur: Interlocutio præcipiens recitari exemplum relationis ad Constantinum Imperatorem ab Anulino Proconsule destinata, qua Majorinus obtulisse Cæcilianum, & chartas criminum ejus Proconsuli ad Principem dirigendas tradidisse signatur. Chartas etiam vocat Augustinus in Breviculo collationis. Idem Augustinus in Epistola 48. ad Vincentium libellum vocat, & ita superscriptum fuisse ait: Libellus Ecclesie Catholice criminum Cæcilianum, traditus a parte Majorini.

καρτα-φυσίον. In Nicephoro legitur καρτα-φυσίον. Sed in codice Maz. & Med. χαρτα-φυσίον scribitur, transposita aspiratione ut in latinis nominibus Græcis facere solent. Sic etiam in capite 6. iidem codices habent ἐπιστολή χαρτα-φυσίον. Neque aliter codex Fuketii.

αὐθαίρετον. Scribendum est procul dubio αὐτὴ ἐμὴ καὶ θεοῦ ὡς αὐθαίρετος ἢ θεῖα πρόνοια ἐνεχέεισθαι. Id est: quia divina providentia spontanea deditione nobis tradidit. Certe cum Maxentii caput in Africam missum est, omnis Africa viso tyranni capite se Constantino tradiderat. Sed & ante cladem Maxentii, nonnullæ Africæ urbes se Constantino ultro dediderant, cum ille navales copias eo præmisisset.

τιμωτάτοι. Rectius apud Nicephorum scribitur τιμωτάτοι. Cum enim Epistola scripta sit ad Militiædem Episcopum utbis Romæ, & ad Marcum, semperque in plurali numero eos alloquatur, ratio postulat, ut in fine Epistolæ scribatur τιμωτάτοι. Porro Acta hujus Synodi Romanæ extant apud Optatum in libro 1. Auctor Synodici, quem jam lape citavimus, ait hanc Synodum Romæ collectam fuisse à Militiæde sanctissimo Papa & Marco: Militiædi Marcum adjungens perinde ac in Epistola Constantini utrumque junctim nominari animadvertat.

Pag. 392. καταλλήτως ἐστὶν αὐτῷ. Scribendum omnino est κατὰ ἀλλήλων, ut ad oram editionis Genevensis adnotatur. Sic etiam Savilius in margine sui libri emendat.

ἢ καὶ μὴ ἀπὸ τῶν. Apud Nicephorum legitur εἰ καὶ μὴ male, ut apparet. Ego si quid mutandum, malim scribere εἰ καὶ, quod & in versione mea sum secutus.

κοινητορὸς σικελίας. In codice Mazarino, Fuk. & Mediceo scribitur κοινήτορ. Sed sine dubio scribendum est κοινήτορ. Id est: à Latroniano Corvatore Sicilia. Hujus Latroniani mentio fit in veteri inscriptione Panormitana, teste Gualthero in tabulis Siculis numero 164. D. N. FL. VALERIO LICINIO AUG. DOMITIUS LATRONIANUS V. C. CORR. P. S. DEVOTUS N. M. QUE EJUS. Sed & Gualtherus in Annotationibus ad hanc tabulam, adducit & emendat hunc Eusebii nostri locum.

τῶν ἐκ τῆς διότητος ὁδῶν. Presbyteros intelligi, qui secundi ordinis sacerdotes vulgo dicebantur, ut ex Optato Milevitano, & Facundo Hermianensi aliisque Scriptoribus jam pridem videtur. Jacobus Sirmondus in notis ad Sidonium pag. 78. & in notis ad librum duodecimum Facundi. Eteronymus in Epitaphio beatae Paulæ: Adraulicopolis, Hierosolymorum & aliarum urbium Episcopi, & sacerdotum inferioris gradus ac Levitarum innumera bilis multitudo. Gregorius Naz. in carmine jambico de vita sua pag. 6. narrans quomodo invitatus à patre suo presbyter ordinatus sit, sic loquitur: κατὰ τὴν βίαιον εἰς ὁδὸν τῶν διότητων. ubi vides secundum thronum tribui presbyteris, perinde ac in Epistola Constantini; nec immerito. Nam Episcopi in Ecclesia sedebant in sublimioribus thronis, & fidentibus hinc inde presbyteris in humilioribus sublellis, & assistantibus diaconis in veste candida, quemadmodum scribit idem Gregorius in hominio de Ecclesia Anastasie pag. 78. Eusebius in descriptione Ecclesie Tyri, thronos qui erant in Ecclesia juxta altare, Episcopo & presbyteris attribuit, sublellia autem ministris. Ubi presbyteros etiam vocat τῶν ἐκ τῆς διότητος ὁδῶν. Ita etiam Augustinus in Epistola 148. secundum locum gubernaculorum appellat gradum presbyterii: Nam quid existimem nescio, si secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noveram. Certe in ordinatione presbyteri, post consecrationem hæc oratio olim ab Episcopo dicebatur: Da ecce Deus, honorum auctor, distributor omnium dignitatum, per quem proficiunt universa: ampliatu semper in melius natura rationalis incrementu per ordinem congrua ratione dispositum: Unus & Sacramentis gradus atque officia Levitarum sacramentum mysticum instituta creverunt; ut cum Pontifices summi regendis populis præficeretur, ad eorum societatem & operum augmentum sequenti ordinis viros & secunda dignitate eligeres. Sic in eremo per septuaginta annorum prudentium mentes, Moysi Spiritum propagasti, quibus ille adiutoribus usus in populo innumeras iniquitates facile gubernavit. Sic in Eleazarum & Ithamar filios Aaron paternis plenitudinis abundantiam transfudisti, ut ad hostias saluantes & frequentiorum officiorum sacramenta ministerium sufficeret sacerdotum. Et paulo post: Accepit à te Deus secundum meriti munus obtineant. Hæc descriptimus ex vetustissimo libro Pontificali Senonensis Ecclesie. Eadem habet etiam ordo Romanus. Sunt autem elegantissima, ac non fallor, à Leone Papa composita. Porro ex his quæ dixi, apparet quantopere fallus sit Christophorus, qui secunda sedis Episcopos hic interpretatur, quem fere secutus est Sirmondus in tomo 1. Conciliorum Gallie.

In Caput VI.

Ἐπὶ τῶν ἁγίων ἐκδοτικῶν. Hic titulus proflus alieno loco positus est. Nam quæ sequitur Epistola Constantini ad Cæcilianum, nihil dicit de bonis ad Christianos pertinentibus. Melius hic titulus præfigeretur capiti 5. in quo duæ referuntur Constantini sanctiones de bonis Christianorum. Recte igitur vetustissimus codex Mazarinus & Fuketianus, nullam hoc loco capituli distinctionem agnoscunt.

Θικαριω των επαρχων. De Vicariis Praefectorum abunde dixi ad lib. 14. Amm. Marcellini. Erant hi Vicarij tunc temporis Perfectissimi, non autem Clarissimi aut Spectabiles. Doctid Epistola Constantini Imperatoris ad Probanum Proconsulem Africae, quam refert Augustinus in Epist. 68. his verbis: *«Elianus praedecessor tuus, merito dum vir perfectissimus Verus vicarius Praefectorum tunc per Africam vestram incommoda valetudine ieneretur, &c. Scribe per Africam nostram. Sic enim loquitur Constantinus in Epistola ad Elaphium. Atque ita scribitur apud eundem Augustinum in lib. 3. contra Cresconium cap. 70.*

In Caput VII.

pag. 394. αει της τονκαθεκων. In vetustissimo codice Maz. & Fuk. hoc caput 6. dicitur, & recte quidem, nisi fallor. Vide quae supra notavi ad caput 6.

της αζιωτας του ουρανου. Christophorus ad Chrestum.

Ανυλιν τιμιωτατε. In codice Med. Maz. Fuk. & Savil. legitur 'Ανυλιν τιμιωτατε & ποθενωτατε ημιν. Porro relatio Anulini Proconsulis qua his Constantini literis respondet, exstat apud Augustinum in Epist. 68. his verbis: *Anulinus vir clarissimus Proconsul Africae. Scripta caelestia maiestatis vestrae accepta atq. adorata, Caeiliano & his qui sub eodem agunt, quique clerici appellantur, de voito parvitatibus mea insinuare curavi: eosdemque hortata est, ut unitate consensu omnium facta, cum omnino munere indulgentia maiestatis vestrae liberati esse videantur Catholici, custodi astanti iure legis, debita reverentia divinis rebus infervant. Verum post paucos dies existerunt quidam adunati secum populi multitudinem, qui Caeiliano cont. adicendum putarent, quique fasciculum in aluita signatum & libellum sine signo obulerunt dicationi mea: atque impendio postularunt, ut ad sacrum & venerabilem Comitatum numinis vestri dirigerem. Quae manente Caeiliano in statu suo, subiectis eorundem actus, quo cuncta maiestas vestra possit agnoscere, parvitas mea dirigere curavit. Per scripta caelestia intelligit Anulinus Epistolam Constantini ad ipsum datam de immunitate Clericorum, quae ab Eusebio in hoc capite relata est. Quod quidem apertissime declaratur his verbis, quae proxime sequuntur in relatione Anulini: Cum omni omnino munere indulgentia maiestatis vestrae liberati esse videantur Catholici. Ceterum has Constantini Epistolas praepostero ordine retulit Eusebius. Nam Epistola Constantini ad Caeilianum Episcopum, item eiusdem Epistola ad Anulinum: cum relatione ejusdem Anulini, quam supra citavi, praecedere debent Epistolam Constantini ad Miltiadem Episcopum urbis Romae. Omnes enim ex Epistola pertinent ad Concilium Romanum, quod habitum est in causa Caeiliani coram Miltiade PP. Constantino III. & Licinio III. Coss. anno Christi 313.*

In Caput VIII.

pag. 395. της εν πατιρων συγγραφας. Amplector emendationem quae ad marginem codicis Turnebi adscripta est in *υφελος*. Erat enim Constantinus nobilissimus

mo genere natus, quippe qui originem stirpis suae ad Claudium Imperatorem referret.

τοσούτων αρετων το μεγα της διοσεβειας οφλον. Nicephorus vocem αρετης, quippe quae sensum turbaret, expunxit. Exstat tamen in omnibus nostris codicibus, & apud Gelasium Cyzicenum. Itaque videndum, an legi possit τοσούτων το μεγα διοσεβειας αρετης οφλον. Sic Eusebius infra in fine hujus libri διοσεβειας αρετων dicit, & in libro 1. de vita Constantini initio.

τους κατὰ πόλιν στρατιώτας. In libro 1. de vita Con. pag. 396.

stantini cap. 54. haec paulo fusius explicantur his verbis: *«ομηνη λοιπόν τη κεφαλή, της κατὰ πόλιν στρατιώτας, ηζυμονικων ταγματων διαβηλιδου, ει μη τοις διαμοσιν αιρουν το θεν, παρικειναιτο: ηζυμονικω δητα & κατὰ παρ ιδιοις αξιωματων αι ταεις ανδραν διοσεβων.* Id est: Tandem abjectis ambagibus, perfricta quod

ajunt fronte decrevit, ut milites qui per singulas urbes judicibus apparebant, nisi damonibus sacrificare mallet, ab apparitione Praesidialis officij removerentur. Proinde officia magistratuum per singulas provincias, viris pijs ac religiosis Dei cultoribus nudabantur. Non mirum est haec a Christophorono non esse intellecta, quandoquidem pauci admodum ac paene nemo haecenus haec intellexit. Duplex erat militia apud Romanos: altera Caesaris seu legionaria: altera civilis, quae etiam cohortalis militia dicitur in codice Theodosij. Qui in hanc cohortalem militiam adscripti erant, vulgo à Latinis Officiales seu Apparitores vocantur: à Graecis autem communi vocabulo στρατιώται. Sic Themistius in oratione 1. pag. 38. & Chrysostomus Homilia 1. in Epistolam 1. ad Corinthios pag. 8. & pag. 10. & in Homilia 62. in Evangelium Matthaei. Quinetiam στρατιωτες est apparitoris officio fungi apud eundem Chrysostomum Homilia 1. in Matthaeum: *«ερχοντας αεθμων διασσαι ος στρατιωτες & μαρτυροι χρονον.* Quem locum sic vertit Anianus: *Potes enumerare non solum Principes sub quibus antea temporibus militasti, cum potius sic vetere debuisset: Praesides omnes & rectores provinciarum potes recensere, quibus antea apparuisti.* Interdum autem Graeci ad distinctionem Caesaris militum, hos apparitores appellant τοις στρατιωτας κατὰ πόλιν. Ita Eusebius in locis supra citatis. Et Themistius in orat. 17. pag. 457. *«οπως ας υκοι στρατιωτες φιλοηρηδεια.* Qui locus doctissimum Interpretem valde exercuit. Atqui ας υκοι στρατιωται Themisto idem est ac *κατὰ πόλιν στρατιώται* apud Eusebium: apparitores scilicet Praesidum & Praefectorum Praetorio, qui fiscalia tributa exigebant. In edicto Theodorici cap. 73. miles & apparitor judicis pro eodem sumitur. Et apud Cassiodorum in Praefatione Variarum. De his militibus accipiendus est locus Chrysostomi in Homilia nuper edita de liberis educandis: *«ει μωρ στρατιωνται κατὰ των δδικωνται: ολον εισιν εν τη πόλει οι στρατιώται.*

πάσαν ημεραν υπεριεχων ουσιν. In libro 1. de vita Constantini pro υπεριεχων, legitur υπερακοντιζων. At Christophori. υπερεχων, legisse videtur, Musculus vero secutus est eam scripturam quae legitur in l. 1. de vita Constantini. Sic enim vertit: *Erat ea lex palā impudens & immanissima, & quamvis placidam excelsam naturam.* Verum in l. 1. de vita Constantini, haud dubie scribendum est *πάσαν ανημερον υπερακοντιζων ουσιν.* Sic enim loquitur Euseb. infra in hoc cap.

bb iij

ἐν τοῖς τοῖς ἰσὺν μεταλλάττοι. Langus, Musculus & Christophorus verterunt *mortuos*, quod non probō. Quenam porro fuerit hæc lex Licinij, difficile est dicere. Videtur tamen ad testamenta morientium pertinuisse. Abrogata autem est à Constantino post partem de Licinio victoriam.

Pag. 397. ἐν τῇ ἐπιτομῇ. Sic etiam vocat Eusebius in libro 8. cap. 17. ubi de Maximino agit Orientis tyranno. Sed in libro 1. de vita Constantini ἐν τῇ ἐπιτομῇ vocat, id est, rationes cogendæ pecuniæ. Græci veteres πένοντες & ποσειδονες dicebant. Itaque & liber Xenophontis extat ἐν τῇ ἐπιτομῇ. Posteriores Latini titulos dixerunt. Sic Amm. Marcellinus in lib. 19. & *conquistorum delectanda nominatiulorum*.

ἀναμνηστικὴν τὴν γῆν. Recte Langus iteratas agrorum mansiones interpretatus est. Quod plane confirmat Rufinus, qui vertit *conventus innotare*. Neq; enim novi census fieri possunt absque iterata agrorum mentione. Quippe census apud Romanos duo complectebatur; modum scilicet agrorum & capitulum numerum, ut alibi notavi. Vide librum primum de vita Constantini cap. 55. Porro de avaritia Licinij præter Eusebium testatur Aurelius Victor, & Victoris epitome. Quod verò ait Eusebius Licinium gravissimis exactionibus subditos oppressisse, duorum veterum scriptorum testimonio refellitur. Nam Victoris quidem epitome de Licinij moribus hæc habet: *Agraribus plane ac rusticantibus, quia ab eo genere ortus alensque erat, satius nullis, &c.* Libanius vero in oratione pro templis Gentilium ita loquitur: *παῖδων τούτων ἡμεῖς οὐτως καὶ ταῖς γῆσι πρὸς τὴν ἐκκλησίαν πάντα τὰς γῆς μὲν (scribo πᾶν μὲν) ὁ γὰρ αὐτὸν ἐν τῇ αὐτῇ ἀγαθὴν ἐπαύριον οὐκ ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κρατῆρας δὲ αὐτῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τὰς πόλεις ἀνδρῶν παρὰ τὸν νότον, &c.* Id est: *Me quidem adhuc puero, tyrannum qui Romam omni contumeliarum genere affecerat, debellavit Constantinus, ducto adversus illum Gallorum exercitu, qui post vota Diis immortalibus facta in hostem profecti sunt. Post hunc verò, cum alium qui urbes florentissimas præstiterat, superasset, &c.* Ac primum quidem illum qui Romanæ urbi sedem illulerat, Maxentium sine dubio intelligit. Alter verò ille citra controversiam Licinius est, sub quo urbes ait floruisse Libanius.

ἐξ ὁμοιομορφίας. Non dubito quin legendum sit ἐξ ὁμοιομορφίας. Nam in lib. 1. de vita Constantini cap. 55. ubi hæc omnia iisdem fere verbis repetit Eusebius, pro eodem habet ἐξ ὁμοιομορφίας τιμωρίας.

ἐν πατριδῶν. Patricios vertit Christophorus, tralatitio errore, quem jam antea confutavimus. Nobiles autem dicebantur, qui oriundi erant ex ijs qui Magistratum gessissent vel in urbe Roma, vel in

municipijs. In Actis Præficialibus Tatæ, Probi & Andronici: *Maximus Præses dixit, quæ genere et Andronice? Andronicus dixit de nobilitate, & primi ordinis Ephesiorum filius.*

ὁ ἐξ ἀπὸ γένους. Atqui Licinius mortuus est ætatis 60. ut scribit Victor in epitome. Quare Eusebius hoc loco rem exaggerat oratorio more.

In Caput IX.

τοῦτο μὲν οὖν. Ab his verbis caput 9. incipit. Hæc est conjectura nostram plane confirmat vetustissimus codex Mazarinus & Fukanus. In quibus etiam hoc capitulum octavum dicitur, recte ut supra notavi.

σὺ φρονεῖς συναντῶν λόγισμῶν. Id est, *modestam te se colligens mentem*. Phrasus est Eusebiana. Sic enim loquitur in lib. 3. de vita Constantini cap. 5. & caput

At Langus Interpretes Nicephori vertit *modestam contrahens mentem*, quod non probō.

ἐν τῇ ἐπιτομῇ. In codice Maz. & Med. scribitur in ἐπιτομῇ. In Fuk. & ἀντίγραφῳ, sed neutrum probō.

ὡς πῶς αὐτῶν ἐπὶ πᾶσι. Sic Seneca in lib. de clementia Neronem ita loquentem inducit: *Hæc mihi militia gladiorum quæ pax mea comprimit, ad tantum meum stringentur*. Eodem sensu apud Velleium & veteribus nummis hæc legitur inscriptio. PAX AUGUSTI. id est, quam orbi Romano præstat Imperator. Alio sensu dicitur pax Romana ab eodem Seneca in libro de Clementia, & in libro de Providentia, id est, pax qua fruitur Imperium Romanum, &c.

χορεῖαι. Merito hæc vox displicuit Nicephoro, cum de Christianis sermo sit Deum laudantibus. Itaque pro voce χορεῖαι, πῶς αὖτε substituit. Apud Eusebium in libro 2. de vita Constantini cap. 19. legitur χορεῖαι, quod tolerabilius est quam χορεῖαι. Ferri tamen utcumque potest vox χορεῖαι. Nam Christiani choreas ducere solebant in festivitibus martyrum, quò illis honorem haberent, eorumque certamina ac victorias hoc pacto celebrarent, ut scribit Gregorius Naz. in carminibus ad mulieres cariosius sese exornantes pag. 152. Contra hujusmodi choreas graviter invehitur Basiliius Magnus Homilia 14. in ebrietatem.

ὅς τις ὑπὲρ χειρῶν αὐτῶν ἐνεδείχθη τοῦ νεκροῦ. Hæc est scriptura codicis Regij, quem fere ubique secutus est Stephanus. Sed in reliquis exemplaribus, Maz. scilicet Med. Fuk. & Saviliano, totus hic locus longe aliter scribitur hoc modo: *ὅς τις αὐτῶν πῶς αὖτε παρὰ τὸν νεκρὸν ἀπασιν ἀνδράσιν παρὰ τὸν νεκρὸν, ἐνεδείχθη*. Quam lectionem utpote plurimum ac vetustissimum codicum consensu confirmatam, merito alteri preferendam putavi.